

*pelliceum, et Stolum violaceum, quibus ipse Sacerdos, antè infirmi cubiculum indutus, locum ingrediens, dicat: Pax huic domui, et omnibus habitantibus in ea. Deinde aspergat ægrotum, lectum, et circumstantes aqua benedicta, dicens: Asperges me, Domine, hyssopo, et mundabor, etc.*

*Postea Salvatoris nostri Crucifixi Imaginem ægroto osculandam præbeat, verbis efficacibus eum ad spem æternæ salutis erigens, ipsamque Imaginem coram eo ponat, ut illam aspiciens salutis suæ spemumat.*

*Deinde accensa candela, genibus flexis cum omnibus circumstantibus breves Litanias devotè recitet, in hunc modum:*

KYRIE, eléison.

Christe, eléison.

Kyrie eléison.

Sancta Maria,

ora pro eo [vel ea.]

Omnes Sancti Angeli et Archangeli,

orate pro eo [vel ea].

Sancte Abel,

ora.

Omnis chorus Justorum,

ora.

Sancte Abraham,

ora.

Sancte Joannes Baptista,

ora.

Sancte Joseph,

ora.

Omnes Sancti Patriarchæ et Prophetæ,

orate.

Sancte Petre,

ora.